Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Omnipotens deus qui humano generi ad imitandum humiliatus exemplum salu-
tis dedisti nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti concede propitius ut et patientiam
hujus documenta et resurrectionis consortia meam mereamur per. Ad philippenses.

Fratres hoc sentite in vobis quod et in christo jesu. Qui
cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem
deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem
hominum factus et habitu inventus ut homo humiliavit semetipsum
factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod
et deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen
ut in nomine jesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum
et omnis lingua confitetur quia dominus jesus christus in gloria est patris.

Gradualis. Manus tua manum dextram meam et in voluntate tua deduxisti me et cum
gloria suscepisti me. V. Quam bonus israel deus rectis corde mei autem pene mo-
ti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei qui zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.

Tractus. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. V. Longe a salute mea
verba delictorum meorum. V. Deus meus clamabo per diem nec exaudies et nocte et non ad insipientiam.
V. Tu autem in sancto habitas laus israel. V. In te speraverunt patres nostri speraverunt et liberasti eos.
V. Ad te clamaverunt et salvi facti sunt. In te speraverunt et non sunt confusi. V. Ego autem sum vermis et
non homo opprobrium hominum et abiectio plebis. V. Omnes qui videbant me aspernabantur
me locuti sunt labiis et movebant caput. V. Speravit in domino eripiat eum salvum faciat eum quoniam
vult eum. V. Diviserunt sibi vestimenta mea et
super vestem meam miserunt sortem. V. Libera me de ore leonis et a cornibus unicornium
humilitatem meam. V. Qui timetis dominum laudate eum universum semen jacob glorificate
eum. V. Annunciabitur domino generatio ventura et annunciabunt celi justitiam eius. V.
Populo qui nascetur quem fecit dominus. In matutinali missa legitur evangelium
Cum appropinquasset ihesus hierosolimis. Secundum. Cum. Adimaiorem vero
hij qui secum. Passio domini nostri ihesu xpi secundum matheum. Illa tibi dicit